Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Georgii Beyeri, J.U.D. De Utili & Necessaria Autorum Juridicorum Et Juris arti inservientium Notitia Schediasma, exhibens Indicem Autorum quos Tribus Speciminibus recitavit & excerpsit

Beyer, Georg

Lipsiae, 1720

VD18 90548167

VI. Corpus Juris Civilis per Ludovic. Charondam, le Caron.

urn:nbn:de:gbv:45:1-14273

Visual Library

Jus Civile receptum fuit, textus græcus & reliq verſiones præter vulgatam defecerunt. Talis mo perſuaſiones peperit inepta de Jure Romano Germania olim expreſſe recepto opinio, & h cauſa eſſe videtur, cur Haloandri nulla in vi JCtorum a Fichardo & Mantua conſcriptis me tio facta ſit, quaſi JCti nomine dignus non eſſe qui commentariorum & Gloſſaitonum mole ſtudioſis non objiceret. Interim manebit ce bris Haloandri memoria.

VI.

Corpus Juris Civilis per LUDOVIC. CHA RONDAM, le Caron. Antw. ex officina Chriſtoph. Plantini 1575. fol.

NItidiſſima hæc, præ omnibus reliquis, ſi B gicam Simonis van Leeuvven excipias, e tio ſumma typorum elegantia primo ſtatim aſp ctu lectorem in ſui amorem rapit. Et ea quide Haloandrina quantum ad pandectas, ſi non utili ſaltem æqualis videtur, quoad Codicem vero Novellas hæc longo intervallo Haloandrina poſt ſe relinquit, accedentibus huic permultis i ſcriptionibus & Conſtitutionibus Latinis & Gr cis, vid. *l. 3. 5. 6. 7. C. de ſumm. Trinit. l. 15. 17. 1 20. 24. 25. 26. de SS. Eccleſ. l. 29. 35. 38. 39. 41. 4 43. 44. 45. 46. 47. 52. 56. de Epiſc. & Cleri l. 14. 17. 18. 20. 22. 23. 25. 26. 29. 30. 32. 33. 34. de E iſcop. Audient. l. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. de H retic. l. 9. 10. de Pagan. l. 3. 7. 8. de his qui ad eccle*

confu

confug. l. 2. 3. de mandat. princip. l. 3. de vet. Jur. enucl. & plures in *libro primo* occurrentes, ut reliquos libros taceam. Accedunt toti *Codici* Scholia marginalia, quibus continentur perpetuæ remiſſiones ad Codicem Theodoſianum & Novellas Juſtinianum Imperatorem antecedentes; item ad leges alias, quarum altera alterius partem facit; porro variæ lectiones, nec non explicationes materiarum potiſſimarum; rationes hinc inde in textu deficientes, & argumenta ſeu ſummaria legum. In *Novellis* textus Græcus, appoſita veteri translatione exhibetur, deinde Haloandri verſio ſeparatim ſubjicitur. Plurimæ vero hic adjectæ & expletæ ſunt Conſtitutiones, quæ in Haloandro vel omnino deficiebant, vel quorum argumentum ſaltem exprimebatur, vel quæ hiatus & lacunas pariebantur; ſupplementa ex Scrimgero & Juliano epitomatore repetita ſunt, quorum labores repreſentat *præmiſſus Novellis Index*. Notæ marginales a Charonda adjectæ reſpiciunt emendationem fontis græci & interpretationum, explicationem nominum, terminorum; in quibus omnibus Contium plerumque ſecutus eſt. Denique ſubjiciuntur Juſtiniani edicta, Juſtini, Tiberii, Leonis aliorumque Impp. Novellæ, Canones Apoſtolici, omnia Græca & Latina, Henrico Agylæo & Enimundo Bonefidio Interpretibus, quibus marginalia ejusdem cum ſuperioribus generis circumponuntur. Eodem modo exornati ſunt libri Feudorum, (in quibus capitula extraordinaria deficiunt) & Inſtitutiones, quæ ſumma cura emendatæ

& ratio

& ratio ac varietas lectionis ubique reddita & jecta, loci obſcuri ſimul explicati, optimique tores in notis marginalibus allegati.

Oculos itaque & animum abunde ſatiat editio, nullibi vero nauſeam movet, nec quæq alia ipſi mea quidem ſententia comparanda v tur.

Reliqua Charondæ ſcripta enumerat *Hyd Bibliotbeca Bodlejana.* Præcipua ſunt πειθα *ſeu veriſimilium Libri tres Pariſ. 1554. 8vo. Sch ad tit. de V. O. item Libellus de Jurisdictio Imperio. ibid. Annotationes ad Zaſii Catalog Legum Antiquarum Pariſ. 1555. 8vo. Lib. ad ges XII. Tabb. & Tituli 29. Ulpiani reſtitut emendati cum Notis in eosdem ibid.* recuſi po *Venet. 1584. Annotations ſur le Code de Henry Pariſ. 1615.* Denique *opera* ejus junctim pro runt *Pariſ. 1637.*

VII.

PAULI MERULÆ Antiquitates Roma rum de Sacrificiis, Sacerdotibus, Legibus, mitiis, & Præmiis, quæ militiam ſequeba ornatæ multis Figuris. Lugd. Bat. 1686, 4to.

Figuræ æneæ, ſi Schema Titulo adjectum Iconem autoris excipias, ſex ſunt, ſacrific auſpicia, comitia, trophæa, triumphos &c. ex bentes. Scripta autoris reliqua edita & anecdo recenſentur in limine hujus operis; vita ejus ſu cincte ibidem, quam juſta oratione funebri (ſcri

Meru

Landesbibliothek Oldenburg